

IOANNIS
ANTIQUIGLOSSATORIS
SUMMA
IN NOVELLAS IUSTINIANI IMP.

Cum additionibus Accursii.

Accesserunt

FRANC. BALDVINI PRO-
THEORIA, SCHOLIA ET
commentarii in aliquot cele-
briores Nouellas,

EX BIBLIOTHECA ET RECENSIONE
CVNRADI RITTERSHVSII IC.

CVM EIVSDEM PRÆLIMINARI EPISTO-
la ad CL. V. D. REGNERUM SIXTINUM, in qua
de formæ nouæ & absolutæ cuiusdam editionis
Nouellarum d.fferitur.

OPVS POSTHVMVM, ET MAIORI
Apparatu prævulgatis.

FRANCOFVRTI,
APVD EGENOLPHVM EMMELIVM.

ANNO. M. DC. XV.






AMPLISS. PRVDENTISSIMOQVE
VIRO,

D. REGNERO
SIXTINO IC. IL-
LUSTRISS. PRIN-
CIPAC DOMINO,

Dn. Landgratio Hassie à Consiliis

S. P. D.

Nunquam ego fortasse, V. Ampl. cogita-
tionem ullam de Nouellis aut illustrati-
dis aut edendis suscepissem; absque no-
bilibus & egregiis aliquot iuuenibus
& adolescentibus, iuris Ciuilis studiosis fuisset: qui
ante annum circa hoc ipsum tempus me aduertes ac
solicitantes; ad motis mihi precibus suis tandem esse-
cerunt; vt Constitutiones illas Iustiniani, quibus no-
uissimum ius continetur; extra ordinem ipsorum in-
gratiam interpretari vellem. Etsi enim quantu-
molis opus futurum esse quod à me petebant, satis an-
tuo prauidebam, cum plurimæ sint cause, quæ rem
istam per difficilem reddant, neque Tibi viro experi-
entissimo



SVMMA IOAN-
NIS VETERIS GLOS-
SATORIS IN NOVEL-
las Iustiniani.

Proœmium.



LIBER ISTE, quem Domino donante lecturi sumus, dudum liber Nouellatum dicebatur: eo quod in eo comprehenditur omne id nouum, quod varia rerum natura creauit, & noua negotia, quæ ante huius libri confectionem minime fuerant laqueis iuris innodata; in huius libri corpore clauduntur: sicut ipse Dn. Iustinianus refert in C. de emendatione C. Iustin. l. i. prope finem. & C. de vet. iur. enu. l. tanta, §. sed quia. Veruntamen quia etiam alius liber est hoc nomine uocatus, qui tractat similem expositionem huius, postea placuit, ut ad eius differentiam huius libri nomen mutaretur, & Authenticum, seu liber Authenticorum nominaretur: eo quod præ cæteris legum libris auctorizabilis habeatur: argumento sumpto ex nomine, cum debeant rebus nomina consonare. *Inst. de*